* *Græca constitutio Anastasii* [1] *Imper. ut scribit Jac. Cujac. ad Paul. lib. 5. sent. tit. 12. qui tamen putat esse const. ult. tit. De offic. vectoris provinciæ : at nos aliter sentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui novam Rubricam minio scriptam post illum titul. descriptam habent, & Græcorum interpretum consensu, qui ad* leg. ult. inf. de crim. sacrileg. *hunc titul. numerant 41. lib. 1. Cod. In eadem est etiam nobiscum sententia præstantissimus Ant. Aug. Cæterum crediderim, idem hac constitutione fuisse cautum, quod supra dicta* ult. constit. tit. de crim. sacrileg. *continetur.*

TIT. XLII.
DE [2] QUADRIMENSTRUIS [3] BREVIBUS [4].

* *Græca constitutio deest.*

Hunc titulum diserte ita scriptum in veteribus libris, & a nemine adhuc recentiorum animadversum intrepide restitui, ut qui & hoc loco opportune sit insertus. Putat quidem Jacobus Cujac. vir doctissimus, eum fuisse additum tit. De apochis lib. 10. quia & quadrimenstruorum brevium l. 1. illius tit. mentio fit, sed idcirco non fuit additus, quia hic jam proprio fuerat loco collocatus. Extat similis tit. lib. 11. C. Theodosiani tit. 25. De quadrimenst. brevib. & sub eo constit. singul. Theodosii, Arcadii, & Honorii AAA. Cont.

TIT. XLIII.
DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILUM [5].

1. Impp. THEOD. & ARCAD. AA. Nepthidio Præfecto urbis.

PRæfecti Vigilum hujus urbis nihil de capitalibus causis [6] sua auctoritate statuere debent: sed si quid hujusmodi evenerit, Culmini tuæ potestatis referre: ut de memoratis causis celliore sententia judicetur.

TIT. XLIV.
DE OFFICIO PRÆFECTI [7] ANNONÆ [8].

Græca constitutio sub hoc tit. miniato deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restituitis quinque tit. in hoc primo lib. C. qui antea deerant (id est, tit. De offic. Comitis sacri patrimon. tit. De offic. Vicarii, qui in omnibus manuscriptis extat. tit. Ut nulli patriæ sitæ administratio &c. tit. De quadrimenst. brevib. & tit. De offic. præf. annon.) perpulchre numerus tit. hujus lib. per omnia convenit cum numero Græcorum : quos duos numeros conciliare anxie studuit Ant. Aug. nec tamen præstare potuit. Cont.

TIT. XLV.
DE [9] OFFICIO CIVILIUM [10] JUDICUM.

De honoratis litigantibus.

1. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA. Curtio P. P.

HOnorati [11] qui litem habere noscuntur, his horis [vel temporibus [12]] quibus causarum, vel merita, vel fata [13] panduntur [14], residendi [15] cum judicibus non habeant facultatem. Dat. 3. [16] Non. Febr. *Ravennæ* [17], BASSO & PHILIP. COSS. 408.

De publicis functionibus.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine: adeat Judicem, & promat, quæ duxerit adferenda. Quem si Judex (quod non [18] arbitramur) minus audire maluerit [19], ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor vero ejus quinquaginta feriatur dispendio. Dat. 13. Kal. August. *Constantinop.* HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. COSS. 409.

TIT. XLVI.
DE OFFICIO MILITARIUM JUDICUM [20].

De negotiis privatorum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Magistris & Comitibus utriusque [21] militiæ.

NUnquam [22] omnino in [23] negotiis privatorum [24] vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Febr. *Constantinop.* THEOD. A. III. & HABUNDANTIO COSS. 393.

De foro competente.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monachio P. P.

PRæcipimus, ne [25] quando curiales [26] vel privatæ conditionis homines ad militare exhibeantur judicium [27], vel contra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adversus Comitianum [28] officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquando tentaverit. Dat. 6. Kal. Sept. THEOD. A. VII. & PALLADIO COSS. 416.

De his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverunt.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Anatolio magistro militum.

NEmo de his qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverit, scholæ agentium in rebus quacunque subreptione post completam militiam societur, nec agendi vices viri clarissimi Principis accipiat facultatem. Si quis autem adversus hæc nostræ perennitatis decreta venire conetur: militia spoliatus, proscriptionis pœna pro parte bonorum tertia constringatur. Dat. 5. Kalend. Februarias, *Constantinopoli*, MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

De ducibus militum.

4. Iidem AA. Nomo [29] magistro officiorum.

DUces militum [30] & præcipue, quibus gentes [31], quæ maxime cavendæ sunt, appropinquant, in ipsis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magisterii potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Castrorum quinetiam refectionis [lustrationisque [32]] curam habeant. Quibus cum Principibus castrorum præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriæ [33] potestatis arbitrio, deputamus. Dat. 2. Id. Septemb. *Constantinop.* MAXIMO II. & PATERIO COSS. 443.

TIT. XLVII.
NE REI MILITARIS COMITIBUS [34] VEL TRIBUNIS LAVACRA PRÆSTENTUR.

1. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Anthemio P. P.

OMnem inquietudinem a curiis & civitatibus præcipimus prohiberi, nec ulla privata ab his succendi balnea ad Tribunorum, vel ducum, aliorumve [35] militarium comitum usus: nec adærationem aliquam pro hac causa profligari. Illustribus enim tantummodo viris comitibus ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna violatoribus hujus sanctionis imminente. Dat. 5. Kal. Decembr. ARCADIO A. VI. & PROBO COSS. 406.

TIT. XLVIII.
DE OFFICIO DIVERSORUM [36] JUDICUM.

De mulieribus.

1. Imp. CONST. A. ad Domitium Celsum Vicarium.

NEmo [37] judex [aliquem] officialem ad eam domum, in qua materfamilias [38] degit [39], cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat: cum certum sit debita ejus, quæ intra domum conliderato sexu semet contineat, domus ejus vel cujuscunque rei habita distractione, publicis [40] necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. 4. Id. Augusti. SABINO & RUFFINO COSS. 316.

IN AUTHENT. ut nulli jud. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. seu Novell. 134. cap. 9.

Paul. §. *sent.* 12. §. 5. Idem constitutum fuerat a Philippo Pulchro anno 1302. & Carolo V. an. 1366. Gallorum reribus: adeo ut ex eorum Constitutione, multi privarentur fœmtorio munere, quod Parisiensis effunt. Vid. Popon. 3. *notar.* 8. *cap. des provisions d'office, fol.* 604. Id tamen hodie non obtervatur, videtur autem miti *l.* 17. §. 4. *ff. ad municipal.* quæ vult in dignitatibus conferendis originarium præferri. Cæterum extraneus dignitatis non eit capax, *l. ult. ff. de offic. prat.* Hoc ita eit, si modo omnino extraneus sit: quales utique non sunt, qui eidem Principi sunt subjecti.

1 Ante Anastasium vetustissima lex reperitur Antonini apud Xiphilinum, μηδένα ἐν τῷ ἴδιῳ οἴκῳ τὸ ἀρχαῖον ἔχειν ἄρχειν.

2 Adde *l. unic. C. Theod. de privil. domus Augustæ lib.* 10. *tit.* 25. 3 *l. 1. vers. Hoc etiam* ff. *de apochis public.* Vide *l. 1. ff. de ff. cons. sacrar. larg. l. pen. C. de canon. larg. tribut.* Quadrimenstrui dicuntur, quod quarto quoque mense confluunt. Tributus enim penfionibus annui cujusque indictiones folvebantur. *l. ult. inf. de annonis & tribut. l.* 15. *l.* 16. *C. Theod. h. t. tit.* Calfiodorus, ut trina illatione devotus poffeffor fuam compleat functionem. Idem 12. *variar.* Expenfurum fidelem notiuam quatuor menfibus comprehenfam. Hi breves a chartulariis conficiebantur, & ad officia Palatini, aut Præfecti Prætorio transmittebantur. vid. Cujac. *de apochis.* 4 Breves, brebia, βεβέλια, brevicula. Zonar. *in concil. Carthag.* Anna Alexand. 6. Julianus *epift. ad commun. fuderum. l. ult. ff. de conveniendis fisci debitoribus, l.* 1. *ff. de apochis publ.* funt chartulæ breves.

5 *Lib.* 1. *ff.* 15. περὶ τῶν πεμπτώσεων τῶ δήμῳ ἤτοι νυκτηφάκων, Nov. 13. περὶ νυκτηφάκων ἤτοι πεμπτωσεος δήμω. 6. *Eel.* 5. Ideo dicitur obscurus judex, barbiter filentiofus, incruditiorum & turum indagator. Eleganter Calfiodorus 7. *variarum* 7. de præfecto vigilum, Furta cum facere in furibus, dum illos nodu circumvenit.

6 Gravioribus fcilicet & in liberos. vid. *Novell.* 13.

7 Præfectus annonæ extra ordinem pro tempore & neceffitate exigente conftituebatur. 8 Præfectus annonæ inter cætera per officiales piftorum difcurrebat, penfumque & munditiam panis exigebat. Calfiodorus 6. *variar.* 18. Cognofcebat etiam criminaliter de his quæ ad annonam pertinebant vide Cujac. *in hunc tit.*

9 Extat Conft. Theod. *l. tit.* 7. 10 Civiles judices oppomuntur militaribus: de quibus ff. *tit. prox.* adde *l. 1. C. Th. h. t.* 11 Neo enim omnibus temporibus judices adiri poterant, puta meridianis horis, *l. un. C. Th. h. t.* Idem omnes conftituerant Valens, Gratianus, & Valentinianus, *ibid.* Ne quis domum judicis ordinarii poftmeridiano tempore ex occafione fecreti ingredi familiariter affectet. Hujusmodi leges judiciarias Auguftus tulit, quas oblita Macrobius vocat I. *Saturn.* 10. in iis inter cætera cautum erat, ne reus vel accufator nomum judicis ingrederetur. Idem obfervatum fuiffe in ædore Cubicius exiftimat 6. *obferv.* 34. ubi tradat de legibus judiciariis. 13 Facta. vide Cujac. 16. *obf.* 9.

14 Pendentur. *l. unic. C. Theod. h. t.* 15 Vide quæ dicam ad *l.* 3. *ibid.* Sedendi quoque in alia fecretarii parte ſ. *nis fenatores, vel clarifi.* 16 A. *C. Theod.* 17 Romæ *Cod. Th.* rectius.

18 Præfumitur pro judicis fide: de qua præfumptione, v. Alciat. 3. *præſ.* 9.

19 Nota non præfumi aliquem facere aliter quam deberet, quod & *l. incredibilem. de panis* atteftatur. Atque ita voluntas principis talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet: Baldus *ad initium ff. in verb. l. Auguſtus & ad l. omnes populi. in verſ. ulterius. ff. de juſtit. & jur.* Paris *in tractat. de Synd.* Item quando aliquid factum eſt, præſumitur ab eo factum, qui id facere debebat. Bartolus *ad l. nomina. ſ. arbitr. tutel.* Baldus *in l.* 1. *ſ. de alimenſ. præſt.* Rurſus ſi non apparet, uter ex duobus præceſſerit: is præſumitur præceſſiſſe, qui præcedere debuit. Felinus *ad cap. paſtoralis.* 4. *colu. verſ. ad impletionem. ext. de reſcript.* Denique cum quis accipit pecuniam expendendam in re neceſſaria, præſumitur eam illam expendiſſe. Bartolus & alii ad *l. fin. ſ. de pignor. & ad l. fin. ſ. ad SC. Macedonian.* Mod.

20 *l. C. Th. h.* Militares judices opponuntur civilibus, de quibus dictum eſt tit. ſuperiore. 21 *l. un. Cod. Theod. h. t.* videtur intelligere comites militum Orientis: quorum unus in Ægypto, alter per Illyricum. *l. 1. ff. de off. vicar. l. 6. ff. de baſilicarib. & domeſt. & tit. prox. ff. ne rei milit. comitib.* 22 *l un. C. Th. h. t.* 23 *l. 2. ff. h. t. l. 8. ff. de offic. reſt. provin.* 1. Harmen. 4. 24 Vide *pragmaticam Juſtiniani cap.* 23. *l. 2. ff. a non competente judice.* 25 Id eſt, ne unquam omnino, *l. unic. C. Th. h. t.* 26 Id eſt, adſcripti curiis civitatum. 27 Id eſt, forum, ut ſit ſenſus: Paganum non cogi in foro militari litigare. *l. 1. ff. h. t. l. 1. ff. de off. magiſt. milit. l.* 42. *ff. de decur. Novell.* 145. 28 Comitianum officium hic, id eſt, comites militum, de quibus dixi in epigraphe *l. 1. ff. h. t.* officium. 29 Nomo vid. *l. 2. ff. de off. magiſt. off.* 30 *Al.* limitum, ut in *l. 2. ff. 20. ff. de offic. præf. præt. Afric. pro* limitis *legitur* militis. 31 Ut Sophonenæ, Balbitenæ, & alix: de quibus vid. *l. ult. ff. de offic. magiſt. milit.* 32 Quidam legunt *luſtrationem* alii, *lucrarium*: Cujacius vero 3. *obſ.* 24. *cluſtrarium. ex l. 4. ff. de offic. magiſt. officior.* Goth. *Luſtrarium* cenſet legendum Salmaſius, teſte Grot. *Fior. Spaſi.* hic. *& l. 3. ff. de jurisd. l. ult. ſ. ubi quæ de curiali. l.* 3. *in pr. ſ. ubi ſenatores & clariſſ. l.* 20. *ſ. de baſilicarib. inſtrum. l.* 33. *l.* 38. *ſ. de appellat.* Goth. Adde *l. 2. ff.* 17. *& ſ.* 24. *ff. de offic. præfect. Afric. l.* 19. *ſ. de agricol. & cenſit. l.* 17. 18. *ſ. de re militari & l.* 37. *ff. de verb. ſignif.* S. I. 33 Magiſterium militare, *l.* 21. *ſ. de procuratorib.* Suid. μαγιστείριον ἄρχον. 34 Dixi ad epigraphen legis 1. *ff. tit. de offic. milit. jud.* 35 Aliorumve comitum &c. *l. 2. C. Theod. h. t.* vid. Cujac. *hic.*

36 Id eſt, & civilium & militarium omnium, *l. C. Theod.* 9. 37 *l. 1. C. Theod. h. t.* 38 Vide ad hunc locum Socinum *reg.* 269. Mares carcerem patiuntur. Mulieres invitæ ab appritore domo abſtrahi, & in publicum educi non poſſunt. In cauſa criminali fidejuſſoribus committuntur, vel juratoriæ cautioni: vel ſi grave crimen intenteture, cuſtodiæ mulierum. vid. *Novell.* 134. *cap.* 9. *& ibi* Cujac. Ad hæc, e ſua patria non trahende in ſacrum comitatum. vid. *l. un. ſ. quando Imperator.* hinc bonis deſeruntur. 39 Ad plenum hujus legis & ſequentis Authenticæ intellectum, limitationem, & declarationem vide Jaſonem *ad l. ad egregias, num.* 9. *ff. de jurejur. & ad l. plerique. ff. de in jus voc.* Hippolyt. *ſingul.* 243. & 279. Philipp. Franc. *ad c. mulieres de Jud. lib.* 6. Socinum *in Reg.* 229. 2. *fallens.* Decium *in reg. ſumma. n.* 72. *ff. de reg. jur.* Alexand. *in apoſt. ad Bartolum. ad Auth. mcetr & avia. ſ. quando mulier tutor. offic. ſunct. pat. Mod.* 40 Quid ſi fiſco debeat. vide *Authenticam proximam ſ.*

Sed

Sed hodie novo jure pro fiſcalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi: ſed ad judicem veniet per ſe vel per procuratorem ſuum: vel mittat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exequantur. Si contra factum fuerit, majores judices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis cingulo ſpoliabuntur, & pœnis ſubjacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

De honore viris ceſſoribus deferendo.

2. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Principium P. V.

SInguli quique judices ſciant, ceſſoribus viris, & his quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam [1] debitam eſſe præſtandam, nec in proſcriptionibus ſuis [2] fratres audeant nominare: apparitione multanda, cujus hæc eſt cura. Dat. Id. Feb. RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

3. Iidem AAA. Conſtantino [3] P. P. Galliarum.

SCiant principes, & corniculatii [4] & primates [5] officiorum, & judices etiam, ternas libras auri a ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis [6] viris (quibus etiam conſiſtorium [7] noſtrum ingrediendi facultas præbetur) ſecretarii judicum non patuerit ingreſſus, aut reverentia [8] non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum judice ſocietas denegata. Dat. 5. Id. Novemb. *Tyberiade* [9], TIMASIO & PROMOTO COSS. 389.

TIT. XLIX.
UT [10] OMNES JUDICES TAM CIVILES QUAM MILITARES POST ADMINISTRATIONEM [11] DEPOSITAM QUINQUAGINTA DIES IN CIVITATIBUS [12] VEL CERTIS LOCIS [13] PERMANEANT.

1. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

NEmo ex viris clariſſimis Præſidibus provinciarum, vel Conſularibus, aut Correctoribus, vel qui adminiſtrationis majoris infulas [14] meruerint [15], id eſt, Viri ſpectabiles [16] Proconſules, aut Præfectus Auguſtalis, aut Comes Orientis, aut cujuslibet tractus Vicarius, aut quicunque Dux, vel Comes cujuslibet [17] militis, vel divinarum [18] Comes domorum, poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexiſſe noſcitur, antequam quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur: Sed per id tempus Præſides quidem, & Conſulares, nec non Correctores [19] in metropoli: Spectabiles vero judices tam civiles quam militares in civitatibus adminiſtratæ diœceſeos illuſtrioribus [20], publice, non domi, vel intra ſacroſanctos [21] terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, ſed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora verſentur: ut pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus querimoniam commovendi: ita ut ab omni defenſus injuria, proviſione poſt eum adminiſtrantis, ac periculo Officii, nec minus curialium, & defenſoris civitatis, juratoriæ tantum cautioni commiſſus, poſtquam fuerit in querimoniam devocatus, pulſare volentibus (ut dictum eſt) pro legum ratione reſpondeat. Nec ullam ante præfinitum tempus de provincia diſcedendi excuſationem ei tribuat vel divine [22] vocis copia, vel codicilli alterius adminiſtrationis oblati, vel præceptum Ampliſſimæ tuæ Sedis, ut alterius provinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius civilis vel militaris cujuscunque poteſtatis, ut quandocunque ſollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut poſtremo cujuslibet artis aſtutia, cujuscunque occaſionis excogitata calliditas excludatur: ut modis omnibus, quæ pro univerſarum provinciarum ſalute fancimus, fortiantur effectum. Quod ſi quis temeritate punienda faluberrimam legem circumſcribendam vel violandam crediderit, licet & majeſtatis reus non immerito judicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: Simili pœna plectendo [eo,] qui poſt eum adminiſtratione ſuſcepta minime eum curaverit honeſte retinendum, aut ſuper ejus fuga protinus referendum.

§. 1. Adminiſtrationem autem deponere non volumus deceſſorem, antequam [23] ſucceſſor ad provinciæ fines pervenerit: licet literis ad eum, ſeu programmate, vel Edicto ad Officium, & provinciales uſus fuerit. §. 2. Ipſe autem, qui præſentem fugiens [24] non obſervaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentiſſima civitate, ad provinciam ſine ullo penitus obſtaculo, præceptione tui Culminis, cura etiam viri clariſſimi Rectoris provinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per ſex [25] menſium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime poſſint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore ſervato, non prohibuerit contra legis tenorem diſcedere, triginta librarum auri diſpendio feriatur. §. 3. Quod ſi intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulſatus, & præfato tempore elapſo necdum finita lis fuerit, civiliter quidem ſuper furtorum ſceleribus pulſatus, dato procuratore inſtructo, poſt quinquaginta dies protinus habeat licentiam diſcedendi: accuſatione vero ſuper criminibus facta, per inſcriptionum laqueos irretitus, usque ad terminum cauſæ ibidem neceſſario perdurabit. §. 4. Sciant autem univerſi Judices, apud quos vel adminiſtrationis jure, vel ex præcepto ampliſſimæ tuæ Sedis, hujusmodi controverſiæ civiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum ſpatium debere ſe præfata litigia, poſtquam orta fuerint, terminare: Nam ſi ſuperfederint, ipſos quidem decem [26] librarum auri condemnationem ſubire cenſemus: accuſationem vero ſeu civilem intentionem ſemel in judicium deductam præfato modo legitime terminari. Dat. 5. Id. Octob. *Conſtantinop.* ZENONE A. II. COS. 479.

IN AUTHENT. ut judices ſine quoquo ſuff. §. neceſſitatem, col. 2. tit. 2. ſeu Novell. 8. cap. 9.

Si vero, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur a provincialibus, & omne quod datum fuit ea occaſione, furti actione exigatur: præſente tamen Deo amabili Epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinante.

TIT. L.
DE OFFICIO EJUS QUI VICEM [27] ALICUJUS JUDICIS VEL PRÆSIDIS OBTINET [28].

De cauſis ad Remp. ſpectantibus.

1. Imp. GORDIANUS A. Domitio P. P.

IN cauſa, quæ ſpectat ad utilitatem Reipublicæ, eum qui vice Præſidis provinciam adminiſtrat, potuiſſe cognoſcere, in dubium non venit. Sane ſi in aliquo captum eſt jus Reipublicæ: juxta ſcita divorum Principum, defenſores Reipublicæ ſi modo adeſſe fiduciam negotio putant, reſtitutionis auxilium poſſunt flagitare. Dat. 3. Non. Novemb. SABINO II. & VENUSTO COSS. 241.

De Jurisdictione.

2. Mandata Impp. THEOD. & VALENT. AA. miſſa Antiocho, cæterisque P. P. per referendarium [29]: quæ ſic habent.

SUggerente magnificentia veſtra, docta imperialis æternitas, debere eos qui [30] præceptione principali [31] ſeu veſtræ Sedis ampliſſimæ tueri locum Rectorum provinciarum noſcuntur, auctoritatem habere tutores [32] ſeu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere [33] ad alienandas minorum ſimiliumque eis perſonarum ſeu Curialium [34] facultates, & emancipationes quoque legibus [35] celebrare, & omnia, quæ ad jurisdictionem Rectoris provinciæ pertinent, actitare, præcipere diligenter eſt pro diſpoſitione veſtræ Celſitudinis præfatas hujusmodi ſollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. Prid. Id. Oct. *Conſtantinop.* HIERIO & ARDABURIO COSS. 427.

TIT. LI.
DE [36] ADSESSORIBUS [37], [ET] DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS [38] JUDICUM [39].

Ut conſiliorum participes ſpe præmiorum provocentur, non metu cogantur.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Paulino.

STudiorum [40] labor meretur, ut hi, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti ſociari ſibi conſiliorum [41] participes cupiunt, ſpe præmiorum [42] atque honorificentia ſua provocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incongrua libertati. Dat. Prid. Idib. Jul. TIBERIO & MAXIMO [43] COSS. 291.

De ſubſcriptionibus.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Baſſum P. V.

PRæſides non [44] per adſeſſores, ſed per ſe [45] ſubſcribant libellis. Quod ſi quis adſeſſori ſubſcriptionem inconſultis nobis permiſerit:

1 *l.* 3. *ſ. h. t. l.* 5. *ff. de offic. rector. provinc.* 2 Superſcriptionibus. 3 Conſtantino vocat *l. un. C. Theodof. l.* 6. *de inform. h. t. ſub tyr.* & 4. *de legat. hered.* At Conſtantio *in l.* 5. *de proximis*, unde deſumpta. 4 Græcis ὑπασπισταί, *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 1. *c.* 115. officiales qui adſunt cornibus ſecretarii, vide *l.* 2. *ſ. de prox. facr. ſcrinior.*

5 Οἱ τῆς τάξεως πρῶτοι, *Synopſ. Baſil. ibid.* 6 Hi ἀξιωματικοὶ, *Synopſ. Baſil. ibid.* 7 Honorati conſiſtorium Principis ingrediuntur. Porro conſiſtorium ad συνέδριον Principis refertur, ab eo autem dicuntur Conſiſtoriani *l. 1. ſ. de comitibus conſiſtor.* Conſiſtoriani, id eſt, comites conſiſtorii. 8 Vid. *l.* 2. *ſupr. h. t.*

9 Tiveni, *ad C. Theod.* 10 Idem lege Julia repetundarum cautum eſſe refert Cicero. 11 Ενεισθῶσι καταθέωντο τὴν ἐρχὴν, poſtquam cingulum depoſuerint, *Synopſ. Baſil.* 6. *tit.* 1. *ex tit.* 3. adde *Novv.* 8. *cap.* 9. 12 Ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ, *Syn. Baſil. ibid.* id eſt, in provincia.

13 Ἐν τῇ δίαιτι, Euſtathius *lib. de temporibus c. περὶ μιῶν ἑξ ὧν ἡ ἀρχὴ* &c. Provinciam igitur δίαιτα vocat: & ita Zonaras *in Heraclio, in τῶν δημάτων*, id eſt, ex Provinciis. Theodor. Hermopolites 6. *c.* 1. *περὶ τῶν ἐπαρχείας ἀρχῶν εἰς τὰ δίαιτας*, & alio loco, διαιτοδοσίαι ἔχειν ἐν τοῖς δίαιτοις, inde apud Harmenopulum 1. *tit.* 4. δίαιτικοὶ κριταὶ καὶ δίαιτικοὶ ἀρχοντες, verti dicique debuerunt judices provinciales, non pedanei, aut delegati. vid. Cujac. *c.* 88. *de præſer.* 14 Inſulas, *Hal. & male: Inſulas mereri* eſt honorem adipiſci. 15 *Mereri* hic, ut & veteribus non eſt labore vel opera vel merito adquirere, ſed aliquid adeptum eſſe & obtinuiſſe ſimpliciter.

16 Spectabiles qui ſint obſerva. 17 Cujuslibet limitis. 18 Comes divinarum domorum. 19 Quibus pars provinciarum demandata. *l.* 10. *ff. de off. præf.*

20 Civitates illuſtriores metropoles. vid. *l. 6. ff. de offic. rector. provinc.* 21 *Subint. Eccleſiæ.* Ita judex in his locis ſedem conſtituere jubetur, in quibus oportet omnibus præſto eſſe rectorem, nec diverticula religioſi fectari. *l. 2. C. Th. de offcio rectoris provinciæ.*

22 Divina, revocatoria, vel codicillis alterius adminiſtrationis &c. *Hal.* quam lectionem probat Cujac. *Novv.* 8. 23 *l.* 10. *ff. de offic. proconſ. l. un. ff. de offic. Præfect. Aug. l.* 2. *ff. ad l. Jul. majeſt. Novell.* 95. *c.* 1. *in fin.* 24 Φεύγων non eſt fugitivus, ſed reus: ſenſus eſt autem, ut præſes, qui ſortio magiſtratu contra præcepta legum ante dies quinquaginta provincia exceſſerit, reducatur, & in provincia remaneat per tres menſes provincialium actiones exceptoras. 25 De ſex menſibus, vid. Cujac. *c.* 18. *de præſcript.* 26 Librarum decem auri pœna.

27 Hic incidit illa quæſtio de viceregibus noſtri temporis; de qua vide late Felinum *in cap. cum cauſam. de offic. delegat.* & alioqui Bellonum *l.* 1. *ſuppotat. c.* 12. Mod.

28 Vicem præſidis obtinet quis? qui vicem præſidis obtinet, ad tempus ſcil. idque juſſu Principis vel præfecti prætorio. *l.* 2. *ſ. h. t.* judice vel præſide defuncto: vel quia ad tempus ei provincia commiſſa eſt. Hoc munere nonnunquam fungebantur procuratores Cæſaris, *l. 1. ſ. de pedan. judic. l.* 3. *ſ. ubi cauſa fiſcales, l.* 2. *ſ. de pan.* Sic Pontius Pilatus procurator Cæſaris erat, in Syria vice præſidis. Cujac. *hic.* & 19. *obſ.* 15. quod a Roberto non probatur. I. *animad.* 21. *in fin.* probatur vero ab Antonio Mercatore, I. *Natar.* 21. Cujac. ad *Nov.* 8. putat derogatum huic titul. vetitio præſide τοποτηρητὴς, ſeu vicarios in civitatibus (ſe abſente) conſtituere: utpote eo munere ad defenſorem civitatis translato. Paucis fic ſentio. Eum de quo hic agitur, vicem judicis vel præſidis obtinuiſſe, *ut ite:* vice præſidis provincia adminiſtraſſe. *l. 1. ſ. h. t.* bonum rectoris provinciarum tuitum, juſſu Principis vel ipſius præſidis. *l.* 2. *ſ. h. t.* Unde conſtat, huic vicario, defuncto tantum præſide, locum non fuiſſe *l. 1. ſ. h. t.* τοποτηρητὴς, *Nov.* 8. *c.* 4. Videtur autem hic fuiſſe locorum tantum quorundam, non interæ provinciæ defenſor, ut res eo redeat: at Præſidibus mandari potuiſſe integræ provinciæ adminiſtrationem, ſed & jurisdictionem, non tamen ab eo potuiſſe certis locis ac civitatibus defenſores dari, *l. 1. ſ. de tutor. datis.* Cæterum vicem præſidis obtinens, hic eſt diverſus a vicario, de quo 8. *tit.* 38. & legito, cove cui mandata eſt a præſide jurisdictio. 29 Referendarius eſt, qui recitat Principi ſupplicum deſideria, & mandata Principis judicibus inſinuat. *Novell.* 10. *in princ. Novell.* 113. *in princ. Novell.* 124. *cap.* 2. *in pr.* Procop. *de bello Perſico*: Ammian. 4. *c.* 41. Formulam Referendariorum vide apud Caſſiodorum, 6. *Variar.* 17.

30 Vicem judicis vel præſidis quis obtinelat, juſſu Principis vel præfecti prætorio. *Goth.* Vide ad hanc legem Bellon. *Suppotat. lib.* 1. *cap.* 2. Anh. 31 *l.* 1. *ſupr. de mandatis Princip. l.* 1. 9. 4. *ff. de leg.* 3. 32 *l.* 1. *ff. de tutorib. datis.* 33 Imo, eam facultatem mandare præſes potetl, *l.* 2. *in fin. ff. de offic. ejus, cui mandata.* 34 Hinc & ex verbo, *Decretum* 3. *h. t.* colligunt, Non valere venditionem proveniam decretum curialium, niſi fiat cauſa probata apud acta præſidis. vide Cujac. *ad l. 1. ſ. de præd. curial.* poterat etiam fieri apud acta vicarii, de quo hic agitur. 35 Hinc colligunt, Vicarios conſtitui, ut ea, quæ legibus ſpecialiter ſpecialiter Præſidibus data ſunt, exequantur: vid. Cujac. *ad Novell.* 8.

36 *L. 1. ff.* 22. *& 7. Eclog.* 1. 37 Vide *l.* 14. *ſ. h. t.* adſeſſores etiam vocantur *l. C. Theod.* 11. 38 Vid. *l.* 3. *l.* 9. *ſ. h. t.* 39 Omnium judicum, *l.* 6. 11. 12. *ſ. h. t.* 40 Jurisprudentiæ requiritur in adſeſſore, *ut ite:* *& l. 1. ſ. h. t. Novell.* 82. *in pr. verſ. Non enim.* At non in eo, cui adjiciatur: ideoque adſeſſori imputatur imprudentia, non magiſtratui. *l.* 2. *ff. quod quisque juris.* 41 Ii ſunt juriſprudentes ἀρχιότοι, σύμβουλοι, 7. *Eclog. l. cap.* 1. Βουλευτ. Macarius *Homil.* 15. conſiliarii, *l.* 3. 7. 10. 12. 13. *ſ. h. t.* adſeſſores. *C. Theod. h. t.* ubi quidam legunt *aſſertores.* Ut differant a judicibus, vide *l.* 2. *& l.* 13. *ſ. h. t.* 42 Alexander Severus adſeſſoribus ſuſaria inſtituit: ſæpe dicens, ad rempublicam eſſe promovendos, qui per ſe rempublicam gerere poſſent, non per adſeſſores. Spartian. *in Alexand. Severo.* 43 Al. *Tiberiano & Dione.*

44 Adſeſſores non ſunt judices, nec enim poſſunt libellis ſubſcribere. *Nov.* 69. *cap.* 2.

45 Non per adſeſſorem. An cum adſeſſore poteſt? *l.* 13. *ſ. h. t.*

mox adsessor, qui subscripsit, exilio puniatur: Præsidis vero nomen ad nos referri jubemus, ut in eum severius vindicetur. Dat. 15. Kal. Septemb. CONSTANTINO A. VIII. & CONSTANTINO C. IV. COSS. 329.

Ut consiliarii, & cancellarii & domestici post depositam administrationem quinquaginta dies in provincia resideant.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

COnsiliarios judicum, & Cancellarios, & eos qui domesticorum [1] funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta [2] dies in provinciis residere præcipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus hujusmodi personam subtraxerit: Eaque in quadruplum restitui [3] jubemus, quæ docebuntur ablata: ut duplum spoliatus accipiat, & [4] duplum noster fiscus adquirat. Dat. 6. Kalend. Jan. *Mediolani*, THEODOSIO & RUMORIDIO COSS. 403.

De domestico judicis a publicis actibus arcendo.

4. Iidem & THEOD. AAA. ad Cæcilianum Vicarium.

DOmesticus [5] Judicis a publicis actibus arceatur. Quod si necessitatibus publicis sese convictus fuerit misceuisse; statim cum ad majoris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eum vindicta promatur. Dat. 6. Idib. April. HONOR. A. VI. & ARISTENETO COSS. 404.

De ministeriis non iterandis.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P. P.

NEmo in provinciis, qui semel domestici vel cancellarii [6] ministerium gesserit, ad [7] eandem observationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. 3. Id. Decembr. *Raven.* AA. X. & VI. COSS. 415.

6. Iidem AA. Vitaliano Duci Libyæ.

NEmo de Domesticis [8] Ducum vel Comitum militarium, officiis eorum connumeratus, post completum sui temporis actum ad [9] eandem rursum sollicitudinem audeat adspirare; decem librarum auri condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem, eadem pœna officio quoque ejus coercendo, si per ambitionem, vel avaritiam ex his aliquid temerarie consenserit. Dat. 8. Kal. Novembr. HONORIO A. XI. & CONSTANTIO II. COSS. 417.

De pecunia quasi castrensi.

7. Iidem AA. Eustachio P. P.

VElut [10] castrense peculium filiisfam. adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores juvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. *Constantinop.* HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. COSS. 422.

De electione & accusatione domesticorum, vel cancellariorum, & de quæstionibus.

8. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

NUllus [11] judicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici, vel cancellarii [12] nomen imponat: nec profectum ad se undecumque suscipiat, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim Primatum Officii cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos judicibus applicari jubemus: ita ut post depositam administrationem, nec militiam deferant, & provincialibus præsentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facultas. Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda judicis flagitia, quæstioni eos subdi oportet. Dat. Prid. Kal. Jul. ASCLEPIODOTO & MARINIANO COSS. 423.

De domesticis exhibendis.

9. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Taurum [13].

SI post depositam administrationem judicum, præsentiam, vel exhibitionem domesticorum [14], querimonia provincialium aut curialium, vel aliqua publica necessitas postulaverit: per eosdem administratores, quorum domestici fuerunt, judicio legibusque tradantur. Dat. 5. Non. Jul *Constantinop.* THEODOSIO A. XIV. & MAXIMO COSS. 433.

De eo, qui ultra quatuor menses assedit in sua provincia.

10. Iidem AA. Florentio P. P.

IN [15] consiliariis observari censemus, ut in eum, qui in sua provincia ultra [16] quatuor mensES moderatoribus adsederit adversus leges antiquas, & divorum retro [17] Principum scita, prosscriptio bonorum & accusatio publici [18] criminis immineat, nili per cœlestie oraculum, vel amplissimæ tuæ sedis præceptionem sese defendat. Dat. 13. Kalend. Februar. THEODOS. XVII. & FESTO COSS. 439.

De onere indictionis.

11. Iidem AA. Zoilo P. P. Orientis.

NOn minus adsessoribus Majorum Magistratuum, quam ipsis judicibus nostræ benevolentiæ liberalitas tribuenda est. Ideoque consiliarios virorum illustrium Præfectorum tam prætoriorum, quam hujus inclytæ urbis, eminentissimorumque magistrorum militum, nec non etiam viri illustris Magistri officiorum, sive prædicto officio jam functi sunt, seu fungentur in posterum, post depositum etiam officium ab [19] omni indictionis onere seu civilium seu militarium judicum prorsus immunes esse præcipimus: ut nec ab Amplissima quidem Sede tui culminis eis ulla molestia super suscipiendo quolibet gravamine penitus injungatur: quinquaginta librarum auri Officio tui culminis condemnatione multando, si quid adversus statuta Clementiæ nostræ innovari concesserit. Datum 5. Kalend. Mart. THEODOSIO A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

De iisdem consiliariis sæpius adjungendis.

12. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

LIceat omnibus judicibus illustri præditis potestate, consiliarios sibi eosdem secundo, ac tertio, & sæpius adjungere: quia qui semel [20] recte cognitus est, non debet ob hoc solum, quod jam probatus est, improbari. Dat. VAL. A. ***.

De jure dicendo.

13. [21].

NUnquam [22] sine [23] judicibus consiliarii, eorum nomina ponentes, jus dicant.

Ne quis eodem tempore advocatus & adsessor sit: neve duorum magistratuum adsessor sit. 2. Sanctio.

14. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

NEmo [24] ex his, qui advocati causarum constituti sunt, vel fuerint etiam in hac Regia Urbe, in quocunque judicio deputati, & in aliis omnibus provinciis nostro subjectis imperio, audeat in uno [25] eodemque tempore tam advocatione uti, quam consiliarii cujuscunque Magistratus, quibus respub. gerenda committitur, curam arripere: cum satis abundeque sufficiat, vel per advocationem caulis perfectissime patrocinari, vel adsessoris officio fungi: ne, cum ad utrumque festinat, neutrum bene peragat [26]: sed sive advocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit: vel, si adsessionem elegerit, in ea videlicet permaneat: Ita tamen, ut post consiliarii solicitudinem depositam, liceat ei ad munus advocationis reverti. §. 1. Nec sit concessum cuiquam duobus Magistratibus adsidere, & utriusque judicii curam peragere, (neque enim facile credendum est etiam duabus [27] necessariis rebus unum sufficere: nam cum uni judicio adfuerit, alteri abstrahi necesse est: sicque nulli eorum idoneum in totum inveniri) sed altera adsessione penitus semota, unius Magistratus esse contentum judicio. §. 2. Nec calidis machinationibus, hujusmodi legem putet quis esse circumscribendam, etsi non consiliarii signum [28], quod solitum est, chartis imponat, sed alias quasdam literas excogitatas adsimulaverit, existimans ei licere fungi quidem memorato officio, sub hujusmodi tamen umbra latere: cum in legem committant [&] hi qui vigorem ejus scrupulosis, & excogitatis artibus eludere festinant. Nemo sibi blandiri quemquam oportet, quod præsentis [etiam] legis aculeos possit evadere, quemadmodum & anteriores leges super hac positas deludebat: si quis etenim in tali commisso fuerit inventus, fciat se de matriculis [29] advocatorum penitus esse delendum, & decem [30] librarum auri multam nostris privatis largitionibus illaturum per virum illustrem comitem rerum privatarum exigendam, & aliam majorem Regalis Culminis subiturum offensam: cum nec ipse judex, qui hoc fieri passus est, & sciens prudensque hoc commiserit, sine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem subiciendo etiam eo, vel eis, qui in his caulis, quarum patrociniun adepti sunt, quibusque advocationem suam præstiterunt, adsessiones cujuscunque magistratus colore audeat, vel audeant vindicare, ne affectionis suæ [vel] advocationis memor incorrupti judicis non possit nomen perferre. Dat. 5. Kalend. Octob. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LII.

DE ANNONIS [31] ET CAPITATIONE [32] ADMINISTRANTIUM, ET EORUM ADSESSORUM, ALIORUMVE PUBLICAS SOLLICITUDINES GERENTIUM; VEL EORUM QUI ALIQUAS CONSECUTI SUNT DIGNITATES.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

OMnibus [33] tam viris spectabilibus, quam viris clarissimis judicibus, qui per provincias sive militarem sive civilem administrationem gerunt, necnon comiti [34] commerciorum, magistro æris, sive privatæ rei rationali per Ponticam atque Asianam diœcesim, item & adsessoribus judicum singulorum in præbendis solatiis annonarum hic fixus ac stabilis servabitur modus, ut ea pro annonis & capite dignitati

1 Nota qui sint domestici judicum. De domestico, adde l. 4. 5. 6. 8. J. *h. t.* adde *l. 1. J. ad l. Jul. repet.* 2 *l. un. supr. ut omnes judices.* 3 *l. 1. J. ad leg. Jul. repet.* ceterum τρὶς-ὃ hic est: dixi ad *l. 3. C. Th. ad l. Jul. repet.* 4 Sensus est: Quadruplum his dividitur inter fiscum & spoliatum. 5 Vid. *l. 3. supr. h. t.* 6 Vid. *l. 8. J. h. t.* 7 Vid. *l. 6. J. h. t.* 8 Vid. *l. 3. supr. h. t.* 9 *l. 5. 8. h. t. l. un. J. ad l. Jul. de ambitu. l. 1. in fin. J. de cessionibus, l. 18. ff. ad municip. l. 13. in fin. ff. de muneris. & honor.* 10 Quod ex lucro legitimo adsessionis filius fomil. adquisivit, castrensis peculii privilegiis donatur. 2. *C. Th. h. t. l. 4. infr. de advocat. diversi. judicior. l. 1. & 16. ff. de collat. §. ult. Inst. de milit. test.* 11 *l. 2. C. Th. h. t.* 12 *l. 3. l. 5. §. 8. h. t. l. 1. §. 8. supr. de off. pract. præt. Afr. Novell. 16. c. 1.* Cancellarii a secretis judicum dabant operam scribendis & expediendis epistolis, justionibus, editis, relationibus, responsis, & sententiis in loco quodam ut consistorio proximo, reticulis sive cancellis clauso, ut hi etiam hodie in Curiis. Per eosdem fiebat ad judices admissio: dictos alii Agathias lib. 1. ἐν τῷ κιγκλίδι. videntur etiam vocari viri epistolares, *l. 5. §. 2. J. de temp. & repar. appell.* Cæterum hoc erant judicibus, quod Principibus tribuni & notarii. 13 P. P. 14 Vide *l. 3. §. h. t.* 15 Vid. Britton. 1. *soleil.* 12. 16 Addidere præsidi nemo in sua provincia potest ultra menses quatuor, at hic, quod ideo constituitur, ut ne quid gratiosæ, vel per calumniam in suos admittat. *l. 37. l. 38. ff. ex quib. caus. major.* De quatuor mensibus, vid. Cujac. *c. 16. de præscript.* 17 Marci Antonini & Commodi autorum hujus legis, teste *Zosara*: vel Pelcennini Nigri, teste *Spart.* 18 Vid. *l. ult. J. de crimine sacrilegii.* 19 Immunitas eorum, qui adsident majoribus magistratibus. 20 Semel bene probata non sunt improbanda. 21 Hæc lex sumpta est ex 7. *Synopseos Basilicor* 1. *cap.* 1. 22 Leunclavii interpretatio. 23 Possunt ergo cum judicibus, vid. *l. 2. supr. Novell. 60. c. 2.* 24 Adsessor pariter esse, & advocati munere fungi nemo potest, ut nec duobus magistratibus eodem tempore operam suam præstare, id si quis fecerit ab advocatorum ordine submovebitur, auri decem libras ut hic (apud autorem Synopseos *d. l. c. 2.* legitur, una auri libra) largitionibus inferet, utilitatemque Principis subiturus. 25 Pleruique enim, qui duos fefellerunt lepores, iisdem capit, & nemo potest duobus dominis simul apte inservire *c. diversos fallacia. de cler. & conf. c. presbyt. 16. q. 1.* Baldus *ad l. fin ff. comm. de leg.* Mod. 27 *Hujus leg. in princ. l. 9 vers. Nec mon. ff. de pact.* 28 Adsessores chartis judicialibus signa sua imponebant, & quidem consueta. Verum ut fraudem huic legi faceret, quæ vetat quemquam simul fungi adsessoris, & advocati officio, signum aliquod novum chartis judicialibus adscribebant, ut ipli actis viderentur non interfuisse. 29 Ἐκβαλλόντα τοῦ συντέγου. 30 Καὶ λίτρας μιᾶς, *Synopf. Basil. 7. tit. 1. cap.* 1.

31 Annonæ sunt, quibus vitam nostram toleramus. 32 Et capitu. *Hal. l. 1. §. 8. supr. de offic. præf. prat. Afr.* capita sunt pabula equorum & jumentorum. Hesych. κάπητες παξάλληλα ἀλόγων pabula jumentorum, quæ vulgo dicitiant capita, Annian. 22. ad equos capitum definitum. Cassiod. 7. τὰ πεντήκοντα κάπητα Ἐδέσῃ. *Jos. 13. c. 3.* 33 Ad legis hujus limitationem vide Socinum *Reg. 278. & Jal. Ad l. praciplibus. ff. si cert. pet.* Mod. 34 Comiti commerciorum curæ fuit, ne commercia illicita exercerentur. Eidem fuit a Barbaris comparandi fercii ei usum Principis jus potestasque fuit: & ne eo cum barbaris ultra fines constitutos negotiari non licuit. *l. 2. J. quæ res venire non possunt.*

fuæ

fuæ debitis pretia consequantur, quæ particularibus delegationibus [1] solent contineri. Dat. 3. Kal. Jun. *Constantinop.* THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. LIII.

DE [2] CONTRACTIBUS JUDICUM [3] VEL EORUM QUI SUNT CIRCA EOS [4], ET INHIBENDIS DONATIONIBUS IN EOS FACIENDIS: ET NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS ÆDES ÆDIFICENT [SINE SANCTIONE PRAGMATICA].

Prætores & provinciarum rectores non possunt per se vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus & vestitus. Salic.

1. Imp. JUSTIN. A. Mennæ P. P.

QUicunque [5] administrationem in [6] hac florentissima urbe gerunt, emere [7] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extrnere non aliter possunt, nisi [8] specialem nostri numinis hoc eis permittentem divinam rescriptionem meruerint. §. 1. Donationes [9] vero omnimodo recusent: scientes non esse validas eas, in quibuscunque rebus, & quacunque æstimatione, nisi post administrationem depositam, vel specialiter in scriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale prætrierit, in quo nulla querela super iisdem donationibus, vel ab ipso donatore, vel ab ejus successoribus facta sit. § 2. Provincias [10] vero moderantibus, non solum donationes, sed [11] etiam emptiones quarumcumque mobilium vel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimoniam vel vestes pertinent) & ædificationes, licet [12] sacri apices aliquid eorum permiserint, penitus interdicimus. Nec ratum sit, quod his donatione, vel venditione datum est, licet [13] quinquennale tempus post depositam administrationem excesserit, vel [14] consensus donatoris, vel venditoris post eandem administrationem adjectus sit. §. 3. Hæc [15] autem etiam ad domesticos [16] & consiliarios [17] eorum trahi necessarium duximus: illud etiam adjicientes, ut nec per [18] interpositam personam aliquid eorum sine periculo possit perpetrari. §. 4. [Quæ etiam ad præterita [19] negotia referri sancimus, nisi [20] transactionibus, vel judicationibus fopita sint]. Dat. 5. Idib. Decembr. *Constantinop.* D. N. JUSTINIANO A. II. COS. *

TIT. LIV.

DE [21] MODO [22] MULTARUM, QUÆ A JUDICIBUS [23] INFLIGUNTUR.

De fama.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Firmo.

MUlta damnum famæ [24] non irrogat. Dat. 5. Idus Aprilis, ANTONINO A. & GETA utrisque II. COSS. 206.

De procuratore Cæsaris vel rationali.

2. Imp. ALEXAND. A. Decimio P. P.

PRocuratores meos, vel [25] rationales, multæ indicendæ jus non habere [26] hæc rescriptum est. Dat. 14. Kal. Septemb. MODESTO & PROBO COSS. 229.

De curatore reipublicæ.

3. Imp. GORD. A. Celeri P. P.

CUrator [27] Reipublicæ (qui Græco vocabulo logista [28] nuncupatur) multandi jus non habet. Dat. Id. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA COSS. 240.

De præfectis prætorio.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutrop. P. P.

ILlustres viros præfectos prætoriis usque ad quinquaginta [29] librarum auri multam, cum peccatum gravissimum erit, pervenire sinimus. Dat. 8. Id. Jan. GRATIANO V. & THEODOS. AA. COSS. 380.

Citi quæritur multa.

5. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Prætextatum P. P.

MUltarum severa compendia ærario nostro protinus esse quærenda nullus ignoret: nisi [30] ipse judex id, quod ad pœnam admissi facinoris exsculpitur, vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputaverit. Dat. 5. Idib. Septembr. *Aquileiæ*, RICHOMERE & CLEARCHO COSS. 384.

De modo multarum.

6. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P. P.

EOs qui ordinario [31] provincias jure moderantur, erga eorum personas, quos culpa reddit obnoxios, ultra [32] duarum unciarum auri summam condemnare non patimur [33]. §. 1. Proconsularem vero potestatem, si multandi necessitas imminebit, fenarum unciarum auri summa cohibebit: in qua [34] forma etiam Comes orientis, atque præfectus Augustalis erit. §. 2. Cæteri vero spectabiles judices, & qui vice [35] nostra administrationis gubernacula susceperint, ultra tres auri uncias sibi intelligant licentiam denegatam. §. 3. Id quoque observandum a moderatore esse censemus, ut in unius correptione personæ (si ad id continuatio peccati impulerit) trinæ [36] tantummodo in anno [37] condemnationis sub præstituta summa severitas exerceatur.

§. 4. Quod si quis prædictum modum [38] excesserit, hujus auctor admissi condemnato [39] ad dupli restitutionem: fisco vero nostro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. §. 5. Nec [40] tamen ad hujus legis moderationem pertinere secredant, qui in peculatibus aut manubiis, id est, depræda tionibus aut concussionibus, furtis, aliisque flagitiis, quæ coërceri severius convenit, fuerint deprehensi: scilicet ut scripta [41] per judices memoratos, in cujuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur.

§. 6. Nec putent factu facile esse [42], ut aut præcipiti perfuatione condemnent, quem culpa non ingravet, aut erubescenda [43] varietate judicii pro arbitrio proprio immutandum esse, quod jusserint: nisi [44] paupertas condemnati hoc perfuaserit. Dat. 12. Kal. Sept. THEOD. A. II. & CYNEGIO COSS. 388.

TIT. LV.

DE [45] DEFENSORIBUS [46] CIVITATUM [47].

De quibus causis defensores cognoscunt.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. Senecæ Defensori.

SI quis de tenuioribus [48], ac minusculariis [49] rebus interpellandum te esse credideril, in minoribus causis, id est, usque ad quinquaginta [50] solidorum summam, acta judicialia conficiat: scilicet, ut, si quando quis vel debitum justum, vel servum, qui per fugam fuerat [51] elapsus, vel quod ultra delegationem dederat, postulaverit, vel quodlibet hujusmodi tua disceptatione restituas. Cæteras vero, quæ dignæ forensi magnitudine videbuntur, Ordinario insinuato Rectori. Dat. 15. Kal. Jan. *Terici* [52], VALENTINIANO & VALENTE AA. COSS. 365.

Ex quibus eligendi defensores.

2. Iidem AA. ad Probum P. P.

DEfensores civitatum, non ex decurionum seu cohortalium [53] corpore, sed ex aliis idoneis [54] personis huic officio deputentur. Dat. 3. Non. Novemb. iisdem CONSS. 365.

1 Delegationes quæ & delegatoriæ, Notitiæ sunt quæ singulis administratoribus & officiis delegantur: quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita, & pretia eorum: quæ sumunt vel ex tributis, vel ex publicis horreis, Sunt & aliæ delegationes his contrariæ, quarum meminit *l. 1. 2. infr. de indictionibus, & Novell. 128. cap. 3.*

2 Vid. *ad hunc tit.* Cujac. *16. observ. 13.* Cæterum hic titulus non fervatur in Gallia, sed nec apud eas gentes, apud quas perpetui magistratus sunt. Quid. Pap. *dec. 196.* Quin Leo *Nov. 84.* permittit urbanis judicibus negotiari, ædificare & munera capere: vetantur tamen ab eo præsides, *Nov. 23.* in provinciis domestica fpondalia contrahere.

3 Et urbanorum & provincialium. 4 Vid. *l. 1. §. 3. infr. h. t. l. 33. ff. de reb. cred. § Synopf. Basil. 9. tit. 1. ex tit. 3. & 19. lit. 1. & lib. 10. tit. 2. c. 33. l. 11. infr. de his, quæ vi metusque causa. 3.* Harm. *3. §. 11.* 6 6. *Eclog. 5. fol. 45.* 7 Vide Cujac. *16. obf. 13.* 8 Melior est urbanorum in eo conditio, quam provincialium, *§. 2. h. t.* Quid si paterna eorum bona a rico distrahantur? utique emere possunt, *l. 62. in fr. ff. de contr. empt.* 9 Etiam ex testamento, extranei tamen, ut ex Theophilo refert Anastasius Bibliothecarius, vid. Cujac. *loc tit.* 10 *l. 46. ff. de contr. empt. l. 8. ff. ad leg. Jul. repet. l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.* Goth. Adde *l. 16. C. si certum petatur, l. 33. ff. de reb. cred. & ibi Cujac. & Zal. l. 62. ff. de contrab. empt.* Anf. 11 *d. l. 8. §. 1.* 12 In eo durius agitur cum provincialibus, quam cum urbanis, *pr. supr. h. t. & merito.* Major est emim in provinciis grassandi copia. 13 Abrogatur, *l. 5. C. Theod. de his, qui admittf. vel off. pubi.* 14 Cur ita? collige ex *l. 29. D. de reg. jur.* 15 An quæ dicuntur inito hujus legis, an quod *§. 2. supr. h. t.* contineatur? 16 Sunt enim judicibus fuppositæ personæ, *l. 3. infr. si certum, l. un. infr. si tellor provinc.*

17 Quos Græci συμβίους, παιδίσκας, συνδίους, συγκαθέδρας, συμβόλους, Latini consiliatores, Ladiant. 2. Plin. 4. *epist.* consiliantes, *l. 12. C. Theod. de legat.* participes, *l. un. J. si rector provinc.* consiliares, *l. 5. ff. de off. adfeff.* adde Cujac. *Nov. 119. cap. 5. 18 l. 13. infr. de re milit. l. 3. infr. de reb. cred.* 19 Leges trahuntur etiam ad præterita, si hoc nominatim fit expreffum. *l. 7. supr. de legibus. l. ult. infr. ne pact. pign. Nov. 113. cap. 2. Nov. 66. cap. 1. Nov. 115. cap. 1.* 20 *l. 22. §. 1. supr. de fact. Ecclef.* adde *Novell. 115. cap. 1. in fin.*

21 Περὶ ἀφορτίσεων &c. 43. *Eclog. 7.* 22 Nec enim licet in infinitum, *l. ult. J. h. t. l. 5. infr. quando Provoc. non eft.* 23 De quibus superioribus titulis dictum est, excepris procuratore Cæsaris, & curatore Reip. *l. 2. l. 3. J. h. t.* & defensore plebis, *l. 5. J. tit. prox.* dixi plenius ea de re, & ad quos pertineat jus multæ dicendæ in *l. 131. ff. de verb. fign.* adde *l. 2. in fin. ff. de judic.* 24 Multa damnum pecuniæ irrogat, non famæ, ut differat a pœna. vid. *l. 131. §. 1. ff. de verb. fign.* 25 Meos id est, rationales: quidam ita legunt. 26 Cur ita? vid. *l. 2. in fin. ff. de judic.* 27 De quo *l. ult. ff. de off. adfeff. l. 37. ff. de pact.* adde *l. 46. §. 1. ff. de admiuiff. & perical. tutor.*

28 Curator Reipublicæ, id est, censor rerum ad civitatem pertinentium. Idem κριτὴς δοκιμασίας: prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat. *l. 46. ff. de damno infect. l. 3. §. 4. l. 5. §. 9. 10. ff. quod vi aut clam. l. 2. l. 3. ff. de adminiff. rer.* cuius reipublicæ agit, ex decurionibus legebatur. Idem pater civitatis appellabatur, *l. ult. circa fin. infr. publica latitia.* vid. Cujac. *ad l. 3. C. de his, qui ipsate munera:* curator operum, curator civitatis, σεμνότατος. vid. Cujac. *12. obf. 30. in fin.* curator annonæ frumenti. *l. 21. in pr. ff. ad municipal. l. ult. §. 4. ff. de muner. & honor. l. ult. §. 6. ff. de adminiff. rer.* ut ærarctur. vid. *l. ult. infr. ut nemini liceat in templ.* colleste tributorum pecuniæ ad eum deferebantur. *l. ult. in fin. C. publica latitia, Novell. 128. cap. 16.* Britlonius tamen 3. *felect. 18.* hæc de procuratore Cæsaris accipit.

29 43. *Eclog. 7. c. 3.* Ea fuprema mulca eft prefecti prætorio conceffa. Caffiodorus *6. variar. 3.* magna quantitate multas errantes. 30 44. *Eclog. 7. cap. 3.* omnis multa plerumque accedit fisco; potest tamen a judice specialiter deputari publicis operibus, *l. 2. supr. de Epifcop. aud. l. 20. C. Theod. quorum appell. non recip.* Caffiod. 8. quod & Parlamenta Galliæ faspius usurpant. 31 Præsides intelligit: & eos quidem qui sunt in actu, ἐμμενόντες Græci, *Eclog. d. l.* adde *l. 22. in pr. supr. de Epifcop. aud. l. 2. § Synopf. Basil. 9. tit. 1. ex tit. 3. & 19. lit. 1. & lib. 10. tit. 2. c. 33. l. 11. infr. de his, quæ vi metusque causa. 3.* Harm. *3. §. 11.* 6 6. *Eclog. 5. fol. 45.* 7 Vide Cujac. *16. obf. 13.* 8 Melior est urbanorum in eo conditio, quam provincialium, *§. 2. h. t.* Quid si paterna eorum bona a rico distrahantur? utique emere possunt, *l. 62. in fr. ff. de contr. empt.* 9 Etiam ex testamento, extranei tamen, ut ex Theophilo refert Anastasius Bibliothecarius, vid. Cujac. *loc tit.* 10 *l. 46. ff. de contr. empt. l. 8. ff. ad leg. Jul. repet. l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.* Goth. Adde *l. 16. C. si certum petatur, l. 33. ff. de reb. cred. & ibi Cujac. & Zal. l. 62. ff. de contrab. empt.* Anf. 11 *d. l. 8. §. 1.* 12 In eo durius agitur cum provincialibus, quam cum urbanis, *pr. supr. h. t.* & merito. Major est emim in provinciis grassandi copia. 13 Abrogatur, *l. 5. C. Theod. de his, qui admittf. vel off. pubi.* 14 Cur ita? collige ex *l. 29. D. de reg. jur.* 15 An quæ dicuntur inito hujus legis, an quod *§. 2. supr. h. t.* contineatur? 16 Sunt enim judicibus fuppositæ personæ, *l. 3. infr. si certum, l. un. infr. si tellor provinc.*

17 Quos Græci συμβίους, παιδίσκας, συνδίους, συγκαθέδρας, συμβόλους, Latini consiliatores, Ladiant. 2. Plin. 4. *epist.* consiliantes, *l. 12. C. Theod. de legat.* participes, *l. un. J. si rector provinc.* consiliares, *l. 5. ff. de off. adfeff.* adde Cujac. *Nov. 119. cap. 5. 18 l. 13. infr. de re milit. l. 3. infr. de reb. cred.* 19 Leges trahuntur etiam ad præterita, si hoc nominatim fit expreffum. *l. 7. supr. de legibus. l. ult. infr. ne pact. pign. Nov. 113. cap. 2. Nov. 66. cap. 1. Nov. 115. cap. 1.* 20 *l. 22. §. 1. supr. de fact. Ecclef.* adde *Novell. 115. cap. 1. in fin.*

21 Περὶ ἀφορτίσεων &c. 43. *Eclog. 7.* 22 Nec enim licet in infinitum, *l. ult. J. h. t. l. 5. infr. quando Provoc. non eft.* 23 De quibus superioribus titulis dictum est, excepris procuratore Cæsaris, & curatore Reip. *l. 2. l. 3. J. h. t.* & defensore plebis, *l. 5. J. tit. prox.* dixi plenius ea de re, & ad quos pertineat jus multæ dicendæ in *l. 131. ff. de verb. fign.* adde *l. 2. in fin. ff. de judic.* 24 Multa damnum pecuniæ irrogat, non famæ, ut differat a pœna. vid. *l. 131. §. 1. ff. de verb. fign.* 25 Meos id est, rationales: quidam ita legunt. 26 Cur ita? vid. *l. 2. in fin. ff. de judic.* 27 De quo *l. ult. ff. de off. adfeff. l. 37. ff. de pact.* adde *l. 46. §. 1. ff. de adminiff. & perical. tutor.*

28 Curator Reipublicæ, id est, censor rerum ad civitatem pertinentium. Idem κριτὴς δοκιμασίας: prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat. *l. 46. ff. de damno infect. l. 3. §. 4. l. 5. §. 9. 10. ff. quod vi aut clam. l. 2. l. 3. ff. de adminiff. rer.* cuius reipublicæ agit, ex decurionibus legebatur. Idem pater civitatis appellabatur, *l. ult. circa fin. infr. publica latitia.* vid. Cujac. *ad l. 3. C. de his, qui ipsate munera:* curator operum, curator civitatis, σεμνότατος. vid. Cujac. *12. obf. 30. in fin.* curator annonæ frumenti. *l. 21. in pr. ff. ad municipal. l. ult. §. 4. ff. de muner. & honor. l. ult. §. 6. ff. de adminiff. rer.* ut ærarctur. vid. *l. ult. infr. ut nemini liceat in templ.*